Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift



et clamor meus in conspectu eius introi
uit in aures eius. Commota est et con
tremuit terra: et fundamenta montium
conturbata sunt et commota sunt: quoni
am iratus est eis. Ascendit fumus in ira
eius: et ignis a facie eius exarsit: carbones
succensi sunt a eo. Inclinauit celos
et descendit: et caligo sub pedibus eius.
Et ascendit super cherubyn et uolauit:
uolauit sup pennas uentorum. Et posuit
tenebras latibulum suum in circuitu eius
tabernaculum eius tenebrosa aqua in nu
bibus aeris. Pre refulgore in conspectu eius
nubes transierunt grando et carbones ig
nis. Et intonuit de celo dominus: et al
tissimus dedit uocem suam: grando et car
bones ignis. Et misit sagittas suas et
dissipauit eos: fulgura multiplicauit et
conturbauit eos. Et apparuerunt fontes